



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt II. S. Ioannis Baptistae olim, nunc S. Placidi monasterium, apud  
Messanam Siciliae vrbem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

## CAPVT II.

*S. Ioannis Baptiste olim, nunc S. Placidi monasterium, apud Messanam Siciliae urbem.*

**S** PLACIDVS Romæ, Tertullo patre in primis nobili natus, puer Deo oblatuſ, & ſancto Benedicte tradituſ, tantum eius diſciplina & monaſtica vitæ inſtitutiſ profecit, vt inter præcipuoſ illiuſ diſcipuloſ numeraretur. Ab eo in Siciliaſ miſſuſ, monaſteriuſ & Eccleſiaſ in honorem S. Ioanniſ Baptiſtæ prope Meſſanæ portuſ conſtruxit; vbi cum monachiſ admirabili ſanctitate vixit. Eiuſ viſendi cauſâ, cum eò veniſſent *Eutychiuſ* & *Victorinuſ* illiuſ fratreſ, & *Flauia* virgo ſoror, eodem tempore illuc apulit immanis quidam pirata, *Manucha* nomine: qui capto monaſterio, cum Placiduſ & ceteroſ nullo modo adducere potuiſſet vt Chriſtuſ negarent, ipſuſ fratreſq; illiuſ ac ſororem crudeliter necari iuſſit. Cum quibuſ etiam *Donatuſ*, *Firmatuſ* Diaconuſ, *Fauſtuſ*, aliq; triginta monachi, martyrii agoneſ feliciter conſummarunt tertio nonaſ Octobriſ, anno ſalutiſ quingenteſimo trigeſimo nono.

Monaſteriuſ iſtuſ hodie *S. Placidi* nomen habet, ab ipſo nimirum fundatore, eſtque aggregatuſ Congregationi Caſſinenſi an. 1506. vt infra cap. 92, dicemuſ.

Deſi.

**D**esiderius Longobardorum Rex cœnobium S. benedicto exædificauit in *Leno* agri Brixiani vico, filiam vero *Ansilbergam* diuino cultui virginem consecrauit, in monasterio à se constructo ad urbem Brixiam quod Christo Saluatori & S. Iuliæ martyri anno 761. dedicauit. Pium hoc opus approbauit Paulus Papa anno 762. vt narrat Sigonius lib. 3. de regno Italiæ.

## CAPVT III.

*Monasterium S. Petri de Cardena, secundo lapide à Burgenfi vrbe, in Castella veteri situm.*

**E**st istud monasterium inter Hispanica omnium antiquissimum, vtpote an. Christi 540. fundatum per monachos à S. benedicto in Hispaniam missos. Fundatrix fuit *Sanctia* mater *Seueriani* Ducis prouinciæ Carthaginensis, qui fuit pater Sanctorum *Leandri*, *Isidori*, *Fulgentij* & *Florentia*. Hoc monasterium reædificandum curauit *Rodericus Diaz*, vulgo *Cid Ruy Diaz de Viuar* dux belli contra Mauros famosissimus, qui & ibidem voluit sepeliri. Tumulus eius hodieque magna cum admiratione spectatur. Obijt autem Valentia anno christi 1099. Sic tradit Prudentius Sandoallius, Prior perpetuus monasterij S. Iohannis Regalis de Naranco, & Chronogra-

540.